



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Fran. Hurtado de Mendoza Montis acuti n. 19

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Par.II. A DVCIB. MARCH. ET COMIT. Clasf.V. 351
fuisse fingere neque hoc tempus esse mentiendi. En vides, vt
supremum meum spiritum horum manibus totum permise-
rim: & sane maximum illud summo hoc rerum articulo fo-
latium habeo , quod tales mihi Deus adiutorem largitus
est. Cetera, quæ apud te iactata sunt, quam longe à vero ab-
sint, hinc pro tua sapientia argumentum cape. Quod, cum
vsque eo decantari audieris hosce homines in morientium
insinuare se testamenta , ego cum sponte mea nescio quid
Mutinensi legarem Collegio, id Rector simul ac audiuit, nul-
lo modo fieri est passus. Itaque si incorrupta vnquam fidi
hominis apud fidentem studia, quidquam momenti habuere,
valeant apud ingenuum, ac nobilem animum tuum postre-
mæ hæ voces, & hoc mihi nil fortasse aliud vnquam petituro
concede. Da operam, vt huius Societatis Familia Parmæ sta-
tuatur. Confirmo tibi ex optimis, quæ facere aliquando pos-
sis factis id futurum. *Hæc ille Ibid. lib.8. num.60.*

19. * A FRAN. HVRTADO DE MENDOZA Comite Mon-
tis Acuti , Praesideque Regio nomine in Concilio Provinciali Sal-
mantino ann. 1566. qui aduersus Episcopum Placentinum Societatis
inimicum , plurimum laudauit illius Institutum , procedendique mo-
dum , magnumque fructum , quem faciebat in Ecclesia Dei , ingens
item iuuamen quod Pralatis præstabat: Obligationemque habere
(tandem afferebat) eam defendendi , ac propugnandi. Sic Prin-
ceps nobilissimus Tom. 4. Viror. Illustr. Societ. fol. 641. in Vita P.
Araoz. §.6.

Eius Insti-
tutum lau-
datum, &
propugna-
rum.

CLAS-